

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Ephron

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

est: disponamus lignum. Nunc mi fili, oportet ut te colligem, mactemq; quando ita uisum est Deo optimo maximo, cuius uoluntati resistere nefas est.

**I.** Mi Pater, si ita certum est Deo, fiat. Nam didici, ei, tibiq; parere in rebus omnibus. **A.** Pater omnipotens, cuius est imperare, obsequor tuis iussis: tibiq; macto hanc hostiam, hoc cultro, mea ipsius dextera. **G.** Abraham, Abraham. **A.** Quis me uocat? **G.** Caue ne afferas manum puero, caue ne ledas. Iam enim mihi satis perspecta est tua religio & pietas, qui propter me non peperceris filio, eiq; unico. **A.** Hem quid hoc rei est? Sed uideo ne arietem in dumo haerentem cornibus? Salua res est. uiuet Isaac: haec mactabitur gratior Deo uictima.

## SENTENTIA.

Nihil tam difficile aut durum est, quin id possit, qui credit. Deus suorum pietatem remuneratur.

## EPHRON. Gen. 23.

## ARGUMENTVM.

Abrahamus mercatur ab Hettæis fundum, ad sepulturam Saræ uxoris suæ.

Abrahamus, Hettæi, Ephron.

**E**go sum peregrinus & aduena inter uos, Hettæi. Quare tribuite mihi possessorem sepulture inter uestras, ubi sepeliā Sarā meā

*Be*  
b Deo uolunt  
tas pro fra-  
tio est.

que mortua est, ut scitis. ¶ Attende nos Domine.

<sup>a</sup> Virtus etiā inter peregrinos pollet.

<sup>a</sup> Tu es quidam princeps diuinus in nobis: tuū est eligere ē nostris sepulcretis, ubi inhumēs tuū mortuum. Nemo nostrū prohibebit te suo sepulcro,

quo minus sepelias in eo. <sup>SA.</sup> Ago uobis gratias pro uestra tanta humanitate ac liberalitate. Sed si uobis cordi est ut sepeliā meum defunctum, et auferam ē conspectu meo: concedite mihi præterea, ut agatis pro me cum Ephrone filio Sigoris, ut attribuat mihi cauernam duplicem, quā habet in extremo sui agri, & attribuat iusto argēto, in uestra presentia, in usum sepulcri. <sup>E.</sup> Ausculta mihi potius Domine. <sup>b</sup> Ego tibi dono & agrum & cauernam agri, & quidem in presentia meorum popularium. Sepeli tuum mortuum. <sup>A.</sup> Imō tu potius ausculta mihi. <sup>c</sup> Ego solū tibi pecuniā pro agro, eam tu accipe à me. <sup>E.</sup> Domine attende. Hic fundus quo de agitur inter nos, est quadringētis siclis argenti: si uis sepelire tanti. <sup>A.</sup> Accipio tanti. Et iam appendam tibi presentem pecuniam. Vos Hetei estote testes, ut Ephron addicat mihi in possessionem quadringētis his siclis argenti, agrū suum duplici cauerna, qui ager est eregiōne Mambre, id est Hebronis, unā cum ipsa cauerna, & omnibus arboribus que sunt undiq; in toto spa-

<sup>b</sup> Magna est interdū etiā in barbaris humanitas. <sup>c</sup> Nō semper accipiendum est, quicquid donatur.

te-

SEN-

## SENTENTIA.

Iusticia commendat hominem, apud eos  
qui non sunt omnino perditii.

REBECCA. Gen. 24.

## ARGUMENTVM.

Dispensator Abrahami ducit Rebecca  
filiam Labanis Mesopotamij, in matrimo-  
nium, Isaac herili filio.

Dispensator Abrahami, Rebecca,  
Laban, Bathuel.

**H**ecus heus puella, da mihi bibere paulum a-  
quæ ex tua urna. *R.* modo uero perlibet, uir  
optime. *Hem, bibe.* *2* Quinetiam ad aquabo tuos ca-  
melos, quantum sat erit. *D.* At ego te. pro isto bene-  
ficio, dono hac in aure, atque his duab. armillis. *Sed*  
*age fac sciam, cuius sis filia: & an sit in aedib. tui pa-*  
*tris locus, ubi possimus pernoctare.* *R.* Equidẽ sum  
filia Bathuelis, quem Melca peperit ex Nachore.  
Straminis autem & pabuli apud nos affatim est,  
nec non locus ad pernoctandum. *Sed ego curro in*  
*oppidum, ut nunciem hæc omnia domi, ita ut ha-*  
*bent.* *D.* *b* Ago tibi gratias, Ioua, quod non desti-  
tuisti tua bonitate, & fide, Abrahamum herum  
meũ, tui cultorem: qui me deduxeris per eam uia,  
qua uenirem domum cognatorum domini mei. *L.*  
*Ain tu?* *R.* Ita est. *L.* Et dono dedit tibi istam in-  
surrem, & armillas? *R.* Etiam. *L.* Vbi reliqui-

*a* Humani  
homines ul-  
tro plus eti-  
beneficio-  
rum conse-  
runt, quan-  
orantur.

*b* Pij Dei e-  
ga se bene-  
cia agnos-  
cunt atque  
predicant.